

## ZACINTHA, SIVE CICHORIVM VERRVCARIVM.



Intybi, & Cichorij vires  
ex Galeno.

propria dote aduersari, suo de Cichorea Serapio, quod ad pestilentes febres maximè commendauit, Cyanum etiam inferuit. Maioris puluis datur vtiliter ab alto deuolutis, & sanguinem reijcientibus, ex aqua plantaginis, aut maioris symphyti, aut equiseti: succus illius recentia vulnera glutinat, & oris vlcera sanat. Vtriusque folia, siue semen, ex uino decocta, & hausa, auxiliantur à scorpiione, Phalangio, iccis: quinetiam omnibus uenenis resistunt. Succus illius oculorum inflammationes tollit. Intybi, & Cichorij vires recensuit Galenus libro VII. simplicium medicamentorum, sic inquit. Intybus olus est subamarum, & magis quod agreste est, quod ob id ipsum picrida, hoc est amarum, quidam nuncupant, quidam verò Cichorium appellant. Est autem ea sicca, frigidaque temperata, utrumque secundo excessu. Porro domestica magis etiam quam agrestis refrigerat. Sed & humiditatis multæ admixtio siccitatem extinguit: uerum utraque adstringentis qualitas est particeps, uelut & chondrilla: nam & ipsa est seridis, seu intybi species. Et libro VIII. de compositione medicamentorum secundum locos: Cichorium, inquit, & Seris cibarij generis existunt: apud nos namque rurales ambo hæc eduntur & 10  
cruds,

## DENS LEONIS.



cruda, & cocta. Facultas horum olerum subfrigida est, & subamara, ac moderatè adstringens: & propter has qualitates optima pharmaca calidis in temperaturis ipsius hepatis existunt. Vt ita hoc enim, quòd moderatè refrigerat, amplius & robur visceri addunt per adstringentiam facultatem: insuperque commissuras ofulorum uenarum in sima visceris parte ad eas, qua in gibba sunt, extergent. Neque verò frigiditas intemperies magnopere laedunt, quemadmodum qua frigidam humiditatem absque adstrictione, aut amaritudine possident, sacre solent. Lunare etiam viscus talium olerum substantia potest, etiam si citra seroforum, aut aliorum humorum vitiationem intemperies fiat per se, & cum humiditatis cuiuscunq; complexu: ex mistura enim mellis humiditatem per urinam educunt. Quapropter etiam si siccata tusa, quis potioni infergat, itidem iuuant. Quin & decoctorum decoctum potatum multum commodi affert. Si nerò non calida aliqua intemperies infestet, aut si obturatio quaedam sit circa uiscus, magnopere auxiliantur ex uino albo tenui potata cum his, que urinam ciunt. Vtilis autem non solum succus ipsorum est tum recens, tum exiccatus; sed & ipsa olera exiccata, tusaq;, ac trita po-

## CYANVS MAIOR.



Notand. *huius inpersa, & eorum decoctum in potu acceptum, auxiliatur. Planta, quae est in Graecia, Intybus sativus Latinis dicitur; Mauritanis, Dumbebe, Hunderbe, seu Eudcha; Italis, Endivia; Germanis, Endivien; Hispanis, Endivia; Gallis, Endivie. Quae vero est in Aegypto, & Arabiis, Graecis, Cichorium Latinè vocatur; Italicè, Cichorea; Germanicè, Vnegueiß, & Vneg-quartz; Hispanicè, Almerones, & Cichoria; Gallicè, Cichoree.*

## CYANVS MINOR.




Xydrilla, Aca.

CHONDRILLA.

CAP. CXXVI.

**C**hondrilla, quam aliqui cichorion, alij serin appellant, caulem, flores, & folia habet cichorio similia. qua ex causa nonnulli syluestris intybi speciem esse pronunciarunt, verum tenuior tota est. In cuius ramulis, gummi mastiche simillimum, magnitudine fabæ inueniri solet: quod cum myrrha tritum, & linteo appositum, instar oliuæ, foeminarum menses trahit. Tusa cum radicibus herba, adiccio melle, diuiditur in pastillos: qui nitro admitti vitiligines emaculant. Gummi inordinatos pilos no potu proficit. Succus decoctus, in vino, aut per fese potus, aluum sistit. Aliud habetur chondrilla genus, folium ferens oblongum, circumrosulum, humi sparsum: caulē succo madentem lacteo: radice

## CHONDRILLA I.




tenui,  $\alpha$  rotunda, laevi, vegeta, flavescente, succosa. Cuius & caulis, & folia concoquendi vim habent. Succus incommodos palpebrarum pilos reflectit. Nascitur in latis, & cultis.

$\alpha$  Oribasius & non reperto.  $\alpha$  yssa. idem in summo uertice habens. Chondrilla uerisq; confidatano.

**N**imirum syluestris cichorii species Chondrilla est: gracilioribus tamen folijs, caule, floribus, ac semine. Frequentissima haec non modò in Hetruria; sed etiam in uniuersa Italia in cultis locis, crobium argeribus, & secus uias uirescere. ac suo tempore florescere conspicitur: nec minus etiam, quam cichorium, in acetarijs recipitur, quamuis amarior sit. Vultur & alterum genus huic non longè distimile, folijs tamen non ita in ambitum laciniatis, nec adeò in micronem desinentibus. Haec à lactis ubertate, quo in omni parte, praesertimque radice redundat, à nostris vulgò Lattaiuola uocatur. Rura eam suis acetarijs pro cichorio indifferenter admiscunt. Chondrilla vires scripsit Galenus lib. VIII. simplicium medicamentorum, ubi simul de intybo, & cichorio disseruit, nihilque ei peculiare reddidit, praeterquam quòd intybis sit species. V crantamen libro

## CHONDRILLA II.




libro 11. de facultatibus alimentorum non sanè intybo, nec cichorio, sed lactuca Chondrillam similem fecit. Huic nomen  
*Græcum* χονδρίλλα: *Latinum*, pariter & *Italicum* Chondrilla: *Arabicum*, Candarel, Cadaron, seu Amiron: *Hispanicum*, Lei-  
 tugas, & Lechugas dentre los planos: *Gallicum*, Lettron. Nominā.

Κονδρίλλα.

CVCVRBITA. CAP. CXXVII.

**C**ucurbita esui apta. Cruda, trita illitu tumores, & abscessus mitigat. Ramenta eius infantibus  
 contra capitis ardorem, quam syriam vocant, in scipite illinuntur: oculorum inflammationes, podagraque refrigerant. Succus è ramentis tuis per se, aut cum rosaceo infusus aurium dolo-  
 ribus auxiliatur: adustiones cutisin ardenti febre illitu adiuuat. Totius feruefactæ, & expressæ suc-  
 cus cum melle exiguo, & nitro potus, alium leniter resoluit. Vinum in cucurbitam recentem exca-  
 uatam, infusum, si mistum sub diuo teneatur, potum alium laxigabit.



Cucurbitae  
cenider.

**C**ucurbita sativa, qua per astatem in cibum frequentissime vario sumitur apparatu, in triplici censetur genere, nempe longa, rotunda, & sessilis. Sed quoniam Cucurbita inter se forma dissimiles habeantur; non tamen propterea viribus, & natura sibi invicem repugnant. Siquidem (ut Colonella tradit, & Plinius refert libro XXI. cap. V.) forma varia in cucurbitis arte, & mangonio fieri facile potest. Nam semina, quae proxima collo fuerint, proceras pariunt: item ab imis, sed non comparandas supra dictis: quae in medio, rotundas: quae in lateribus, crassas, breviores, ac sessiles, aptissimas quidem ad recipiendum tum vinum, tum oleum, tum alios quoslibet liquores, urcoovion, & cadorum vice. Si vero cordi sit, ut frant corpore nasci: nanaque earum contactu facile elanguescunt incrementa virentium. tantoque magis, si eis fluxerint menses: tunc enim solo oculorum intuitu tenellos enecant fetus. Quae autem ad semina servantur, è primo seigantur proventus, pendentque in sua vite ad hiemem usque: deinde sublata insolentur, aut ponantur in fumo, donec penitus siccificent: aliter facile earum semina, a scita putredine, deperunt. Amant Cucurbita mirum in modum aquas: nam si propè in patens vasculum aqua subiciatur, à quinque vel sex digitorum intervallo, ante postero diem adrepentes cognoscitur descendisse. Sine semine nascitur, si per triduum antea, spargenda semina oleo sesamino maccerentur. Hederaceis viret cucurbita foliis, sed amplius admodum, & subcaudicantibus: flagellis formentosis, angulosis, & humi repentibus. Peram ubi admini- culum

## CUCURBITA INDICA.



calum nulla fuerit, illud facile comprehendit clauiculis, quibus arbores, & pergulas scandit, ijsq; sese implicat. Flores illi albi grandioresq; & in stella ferè modis diuisi, uerùm per pauci frugiferi. Noscuntur hi facile, conceptu sub ipsis extuberante. Sunt & alia Cucurbitarum uaria genera Italia peregrina, qua diu per hyemem recentes asseruari possunt. Ferunt has ab occidentalibus Indijs in Italiam uenisse: unde Indicæ à pluribus uocitantur. Harum uaria habentur genera, magnitudine, facie, & colore differentia, referunt tamen omnes Melopeponum effigiem. Sed alis magna, alis parua, alia mediocres, & alia oblonga, alia rotunda, uario colore; qua quidem omnibus notiores sunt, quam à me describi debeant: Crescunt folijs nostratibus longè maioribus, firmiteribusq; asperis, & rigenti pediculo adnexis, uirginea facie. Sarmenta illi crassa angulosa, aspera, hirsutaq; . Ea humi repunt, longo admodum tractu; atque etiam scandunt, & pergulas, & attegas opacant. Flores magni, lilijs ferè effigie, aureo colore. Fructus decerpuntur Autumno, & asseruantur hyeme tota in culinis. Semen condunt magnum, amygdalini nuclei figura, in quo nucleus concluditur dulcis, & suauis. Sapor ijs subdulcis, non ut nostratibus usque ad eò inspidus: uerùm gustui insuaues sunt, nisi præcipuis condimentis saturentur. Pulgarium cucurbitarum folia recentia uentis illita, myscas abigunt. Eadem mammis puerperarum adhibita, lac seccant. Oleum quod è cucurbitarum floribus paratur, ijs in eo diutius insolat, uenum colorem inuentum extinguit, & capitis dolorem ex calida causa ortum ducentem, & presertim se brientibus. Aridæ cinis ambusta, & pudendorum ulcera sanant. Cucurbitæ facultates ex Galieno.

Cucurbitæ  
cultates ex  
Galieno.



tes scriptas reliquit Galenus libro 1111. simplicium medicamentorum his verbis. Cucurbita humida, si sit eoque temperata est, vtrique valentia secundum ordinem. Quocirca ramentorum eius fucus ad aurium dolores cum phlegmone iumentos, cum rosaceo videntibus utilis est. Sic tota quoque illata calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. Consecta autem humida est, & sitim propellens. Et libro 11. de alimentorum facultatibus: Cucurbita, inquit, cruda cibo insanus est, stomacho pernicioso, & concocti plane iure pugnabilis: adeo ut si quis alterius cibi inopia ingerere cum compellatur, cum quodam iam ausus est, pondus cum algore ventriculo incumbere sit sensurus, stomachumque evertet, & ad vomitum concitabit, quo solo adurgentibus symptomatibus poterit vindicari. Hanc igitur, aliaque ex fugacibus compulsa, aut nox quam elixata est, aut frictam in sartagine, aut assam omnes homines esse conueverant. Cucurbita vero, de qua dicere cepimus, elixa nullam euidenter saporem qualitates habet: nisi quis eam quoque saporem nominare velit, qui neque acris, neque salis est, nec acerbus, nec amarus, nec id genus quippiam manifeste representat, veluti nec ipsa aqua. Ad huiusmodi cuncta communis nomine omnes & rursus, id est, qualitates expertia vocitate solent (Latini fatua, aut insipida dicunt) quoquo modo nos quoque clarioris doctrine gratia appellabimus. Talis ergo cum sit cucurbita, non immerito varios apparatus modos admittit, vtpote qua in medio omnis excessus constituta est, ob idque ad quemvis excessum ex aquo duci potest. Proinde cucurbita, quantum in se est, humidum, frigidumque, corpori alimentum prabet, omnium humidorum ciborum rationem; qui scilicet circa adstrictionem tales sunt. Nec sane infeliciter concoquitur, modo non antemerita corruptio. Nam ea illi solet nonnunquam accidere, cum aut vitiosus fuerit preparata, aut prauos humores in ventriculo accuratos offenderit. Est aliquid ob nimiam in eo moram, quod alijs quoque omnibus fugacibus, qua humidum sunt temperamento, euenire solet. Nam in ventriculo corruptumtur & ipsi, nisi celeri descensu mali efficiantur. Quemadmodum ergo cucurbita pura, & vi in se ipsa est, succum in totum corpus alendi gratia digestum, expertem qualitates gustabilis obtinet: ita cum alicui uehementer habenti facultatem fuerit inuncta, facile illi adsimilatur; vi si cum sinapi sumatur, succus ex vitro in membra diffusus acris efficitur cum manifesta caliditate. Eadem ratione si cum falso quopiam calidetur, cito nonnulli in partem cum balsamento infrutum, saltem in corpore humorem generabit. Est porro sic appurata cibus longe suauissimus, si balsamento ex ponticis illis fuerit, que uicinis appellatur. Quod si cum malis cotonicis elixa, decenter, condita fuerit, succum auferent in distributione habebit prapollentem. Assa autem, uel in sartagine fricta, ut proprie permultum humiditatis deponit; ita reliqua eius pars nullam sibi valentem vim adfert, uti nec eam in iure simplicia paratur. Ceterum ob aqueam qualitem sibi inmatam non immerito origano iungi quodet. Quod eamque enim talis, acris, aut acidis, auferre, aut salis permiseri, saporibus postulant, si quis & cum voluptate ea soneat, & nauisam cupiat evitare. Cucurbita Latini dicta, Græci κουρβιτις & αδύρος, appellatur: Arabibus, Haraba, Harsa, seu Charba; Italis, Zucca; Germanis, Kurbis; Hispanis, Calabazza; Gallis, Une courge.

Nomina.

Σικετ η, σφοτ.

## CVCVMER SATI VVS. .CAP. CXXVIII.

Satius Cucumis alio, & stomacho perquam utilis habetur: refrigerat, qui corruptionem non sentit: vesicæ prodest: olfactu reuocat, quos animus liquerit. Semen modicè vrinam mouet: cum lacte, aut passo, vesicæ exulcerationibus subuenit. Illita cum uino folia, morfus canum sanant: Ramenta eius contra aduersionem infantium, quam vryrsin uocant, simplici imponuntur: fronti ad mota oculorum fluxiones auertunt. Succus cum semine, adiecta farina ficutus in sole cogitur in smegmata, quæ faciem repurgant, & nitorem afferunt. Radix sicca, & exhydromelite pota, drachmæ pondere, uomitionem mouet. Si quisquam moderatè secundum cœnam vomere cupiat, geminis obolis sit contentus. Sanat quoque illita cum melle, vlcera concreta in modum faui, quæ ceria


Cucumeris considerat.

Quamquam Græci (ut Galenus est auctor libro 11. de alimentorum facultatibus) omnitatem Cucumerium, quam Melopeponem genera Pepona nominant, peculiariter tamen eius, nomine, quo presens caput inscribitur à Dioscoride & Galeno secundo libro de alimentorum facultatibus, statim post Pepones, & Melopepones id tantum omnes ferè comprehendunt uolunt, quod Latini cucumis appellatur. Verum non ob id plane decerni potest, an hic reddat Dioscorides nostratibus Hetrusci Cucumeris uires, qui alijs Italia populis Anguria uulgò nuncupatur, an alterius, qui proprie Insularibus, & Venetis Cucumis dicitur, Hetrusci uero Citrulus, omnibus notissimus. Siquidem non ex Dioscoride modò, sed nec ex alijs ueteribus hæc uires quenquam reperit, qui Cucumis Græcis propriè eius appellatur, notis illis representet. Sed quòd Græci eius uocabulo nostratem Citrulum, & Insularium Cucumerem significant, facile conici potest ex ipso Dioscoride. Quippe qui lib. 11. Cucumerem silyestrem asserat fructu solo, quem oblongis glandibus non dissimilem parit, à satuo distilleret, cum alijs folijs, floribus, & samentis satuum prorsus referat. Verum cum hinc ille per omnia respondeat, quem nos Citrulum, alij uero Cucumerem dicunt, non possum non liberè pronuntiare, Dioscoridem hic citruli nobis uocari, non autem angurie uires descripsisse. Quamobrem hæc in historia aperte hallucinari Brasauolum putamus, quòd proculdubio existimauerit, veteres Græcos, præsertimque Dioscoridem, eius appellatione anguriam, uel Hetruscorum cucumerem referentisse. Quandoquidem assignatis iam rationibus accedit & Plinii auctoritas, qui lib. 11. cap. v. Cucumeres, ait, in Italia uirides, & quæ minimi: in provincijs quædam maximi, & citrini, aut nigri. Placeat copiosissimi Apriea, grandissimi Mæsiæ. Vniunt hæc in somacho in posterum diem. Quod proprium est citruli nobis uocati, non autem angurie uulgò Insularium appellatæ. Angurie enim in Italia in magnam extuberant molem, & cum aqueæ sint subtilitatis, ac præsules, qua maturitate sentent, ingeste faciliè à ventriculo labuntur. Quod nostratibus citrulus, & Insularium cucumeris non euenit. Nam cum glutinoso, frigidoque succo referri sint, ob idque concoctæ perquam contumaces habeantur, non nisi post longum tempus à ventriculo descendunt. Ad hæc (ut citato loco subdit Plinius) Cucumeres, in fistula flore demisso, mira longitudine crescent. Atque idem in tantum odere oleum, ut si è vite pendentes his olei subyiciatur, adeo refrigerant, ut in hamum currentur. Quod angurij, quæ sphericam formam referunt, minime euenire posse comperio. Videsum præterea Citrulus nostrates ad huc formam, adeo ut in uite pendentes anguim modo contorti uiderentur. Seruantur Cucumeres (ut Plinius auctor est) vsque ros, ac decante terra obrutos: ita enim uirides seruari tradunt. Hyemem odere omnes, & frigora: die sexto, uel septimo à satione prodeunt. Tenerrimi autem, ac incundissimi fiunt, si semine ante sationem lacte fuerit maceratum. Qui uero præce-



ees habere volunt, confecta bruma, stercoreatam terram in cobbis habeant, ibique semen condant, & modicum præbeant humorem: deinde cum enata femina fuerint, tepidis diebus, & insolatis, iuxta adificia sub duo ponant, & omni à vento protegant. Caterum frigidibus, ac tempestatibus sub tectum referant, idq; tandiu faciant, quousq; æquinoctium uernum conficiatur, & nulla amplius reliqua sit pruina suspitio. Postea rotos cobbinos dimittant in terram. Sic enim præcokes fructus habebunt. Recens cucumis in tenues particulas sectus, & impositus, quasquæque inflammationes sedat, quinetiam in arcentibus febribus ariditatem linguæ aufert, si frequenter in ore retineatur. Quid autem ucteribus fuerint, quidve nobis sint Pepones, ac Melopepones, non equidem facile ausim decernere: etsi non desint, qui dicant Melopepones Galeno libro 11. de alimentorum facultatibus, communes nostros Melones esse: Pepones uero, quos in eo genere Veneti corrupta inde uoce uel quò Pipone uocant. Verum enim uero cum asserat Galenus, quòd pars intima carni semen inclusum tangens, cum in Peponibus edendo non sit, in Melopeponibus passim ab hominibus manditur, mihi animus ad eò dubium reddi, ut aliquid in hac re certi statuere nequeam, neque inuenire possim, quid Pepones, & Melopepones Galeno exiterint. Quippe quoniam utriusq; generis, tam scilicet Teponum, quàm Melopeponum carnea pars semen continens elsur, & non elsur, prout fructus ij, plus, minusue maturitatis fuerint adepti: nã utrusq; cum ultimã senserint maturitatem, id supremæ carnis unã cū seminibus in medium fructus concidit. quòd cum euanidum, & insuaue reperitur, usquam comeditur. Quod tamen utriq; minus ma-


Peponum, &  
melopeponū  
constitucio.




turis, non euenit: eaque propter extractis prius seminibus estur tota eorum caro. Hac igitur tamesi me (vt dixi) dubium reddat; inclinat tamen animus ad credendum, per Melopepones Galenum nostrates Melones intellexisse, si modo ipse eorum vnquam habuit notitiam. Dixi sententiam meam, quam vs ruminandam relinquo, qui V' ipse ore non sunt. Siquidem nihil tam dulce, tam suauis, tam bonum, tamque proficuum reperitur, quod henenati labijs non amarescat. Ceterum quid per Pepones intellexerit, nihil prorsus (vt ingenue fatear) quod proferam, haenus habeo. Veruntamen cum illis mihi non facile conuenit, qui Veneras Piponas dictas Galeno Pepones esse existimant. Minus adhuc illis assentior, qui Pepones Angurias esse dicunt. Nanque Serapio cum primam ex Galeni auctoritate de Peponibus, & Melopeponibus disseruisset, dein peculiare de Anguria caput fecit, quam Arabica lingua Dullaba nuncupauit. In cuius reddendis viribus nullum afferit Graecorum testimonium, sed tantam sae gentis auctoritatibus innititur. Hinc facile adducor, ut credam angurias nosteribus Graecis penitus ignotas fuisse. Eas equidem nunquam vidisse, uel non cognouisse demonstrat Fuchsius medicus clarissimus, quippe qui suis de stirpium historiae commentarijs non sine magno errore putat cucumeres, quos circulos Hetrurici nominant, angurias esse. Nam etsi Hetruria angurias uocet cucumeres, non tamen contra cucumeres vulgares vocat pepones iam uenio, qui tamesi notiores sint, quam a me explicari possint, & scriptis mandasse uidentur. Sed ad nostros

Fuch. error.

## MELOPEPONES.



describendam putavi. Serpit itaque melopeponum, aut peponum planta (liceat nobis eos quovis modo appellare) longis ac viticulosi sarmenis, cucumeris modo, folio virgineo, minoribus tamen incisuris, scabris, hirsutisque, floribus luteis, fructu grandi, humani capitis instar, & saepe longè maiori, cortice cartilagineo. Non omnibus idem est color. Namque alij herbaceo sunt colore, alij pallido, nonnulli flavo, quidam albo, plerique cinereo. Sunt qui tota cute texturâ quadam reticulari, magno natura artificio proveniant. Striati ferè sunt omnes, prominentibus circumquaque toris, in vertice, & umbilico cocumtibus. Interna pulpa gustui suavis, vesicolor tamen. In altero enim genere rubet, in altero albicat, aut ex albo rufescit. Qui præsant (plurimi sunt, qui nulla commendantur gratia) præter odoris incunditatem, dulces, & suaves sunt; semen in utero gerunt copiosum, oblongum, albo contextum putamine, in quo dulcis concluditur nucleus. Gaudent lato, & aprico solo, ac etiam libertate, qua possunt rârò vagari. Rigari nolunt, ubi pluviae defecerint: vbi verò fructus concoqui cœperunt, pluvie ipsa adversissima sunt, ipsa enim tristantur, & ignavi, insipidi, & ingrati redduntur. Atqui mirum sanè est, ut inter complures, qui ex eadem proveniunt planta, pauci præsent, cæteris in suavis redditis. Bonitatis inditum præbent, qui odoratiores habentur, quibusque crassior fuerit pediculus, quis etiam ponderositas præstantis argumentum est. Sunt qui rosarum, qui moschi odorem spirent, olitorum mangonio; seminiibus ea parte, qua germinant, parumper apertis, & in rosacea stillatitia aqua maceratis, qua moschum exciperis. Est



& genus, quod tota ferè hyeme aſternatur, poſtquam decerptum eſt, flauo colore, hoſ Hetruſci Melle, ſaccharoꝝve condunt, citriorum pomorum more. Verèterè quoque mulieres melopepones in ſuum uſum, formæ concinnandæ gratiæ. Iſ itaque in particulis ſectis, Ari, & brionie radices addunt, quinetiam limonium ſuccum, conijciuntque in alembicum. Deinde caprilli lactis id addunt, quod hæc omnia ſuperet, & in aqua feruentis balnei diſtillant, & aqua, qua fluxerit, faciem concinnant. Semen in medicamentis ſuum quoque habet uſum. Cremor enim ipſius lacteus febrientibus uſitè propiatur ex bordeacea priſana; ſiquidem non ſolum refrigerat, ſtimique extinguit, ſed oppilationes tum iocinoris, tum vaſorum expedit, & urinam prouocat. Datur item tuſſientibus, tabidis, & maraſmo affectis, ac etiam in urine ardoribus, additis veſicariis paſtillis; aut dulcis radiciſ ſucco, muſſis momento, & maraſmo affectis, ac etiam in urine ardoribus, tuſſientibus tamen proſicit, ſi accedat ſeminiuꝝ papaueris cremor, & baccharum Halicacabi, & malue decoctum. Sed de peponibus, & melopeponibus noſtris hætenus. Reliquum nunc eſt, ut de Anguria, quam Dullaba appellat Serapio, quoque diſſeramus. Eſt itaque Anguria planta, folia ſerens colocynthis medicamentofa, maiora tamen, aſpera, & per ambitum diuſa: caulẽ ſarmentoſum, buni repentem, ut cucumi, & pepo. Florem edit aurcum, fructum magnitudine mirum in modum extuberantem, ponderoſum, ſubrotundumq;: Cortice leui herbaceo colore, maculoſo tamen, & ea parte, qua bumi iacet, al-bicante, carne intus humida, aquoſa, in quibusdam prædulci, in nonnullis autem ſubacida, inſipidave, ſitique extinguenta perquam

perquam idonea. Semen concludit latum, peponum duplo maius, cortice solidiori, & nucleo grandiore. Et quoque feminis in colore differentia, quod nigrum, alteri rubrum inasatur. Decerpitur fructus, & diu quoque effertur in horris. Tritici enim acceris insidens, non solum a putredine tæctur, sed coquitur, si immaturus decerpatur. Frigidus est, & humidus, ordine secundo, sicut ardens. aptissimus. Quo fit, ut Itali ardente Syrio eius pulpa interna se resolcent. Conferunt aduentibus febribus, & lingua ariditate quam maxime. Acutus humores vincit, & ipsi præsertim auxilium febrientibus, qui humorum malignitate magis, quam abundantia scætant. Si quidem Anguria (ut Serapioni placet) alium in principio fortiter non citat. Ideoque illis conuenit, qui tenuis, & imbecillis sunt temperamenti, & exangues. Et enim ipsi alterantibus magis opus est, quam ducentibus humor, verum quamuis id effici possit acidis medicamentis, insipida tamen, que nonnullam dulcedinem habent (ut Anguria) visus in casibus longè magis conueniunt. Impossibile enim est, quin acidæ, & quæ cum ipso aceto parantur medicamenta, incident, & attenuent. Id quod imbecilla corpora, macra, & exangua, haud quam sustinere queunt, quod eiusmodi acidæ potiones maciem augeant, & ventericulum ledant. Atqui etiam vbi quævis acidæ adstringentia propinquant, impossibile quidem videtur, vt non obstruções augeant, si eæ in iocinore, & eius meatus extiterint. Et enim acidæ, & adstringentia medicamenta exiccant, & nihil profus humectant. Porro insipida, & quæ crasse sunt substantia, quibus aliqua (vt in Anguria) dulcedo insit, suo quidem temperamento humectant, ac simul refrigerant, generantq; in ipso iocinore sanguinem aquosum, qui flauæ bilis feruorem, & malignam coercet, tam in iocinore, quam in venis. In calidis regionibus Anguria suauior prouenit. Ideoque Circa Romanam in Campania, Apulia, Calabria, & Sicilia, præstantiores habentur, & mole vastiores. Cucumeris vires memoria prodidit Galenus libro VIII. simplicium medicamentorum, his verbis. Cucumis esculentus maturus quidem tenuioris essentia est; qui uerò immaturus est, crassior. Sed & abstergens, & incidendi facultate participat. quare & urinam mouent, & corpus splendidiorem reddunt: ac magis quoque si quis semine arefacto, contusoq; atque cribrato, uice pulueris absterforij utatur. Superat in eis humida, frigidaq; temperies, non tamen magnopere, sed quasi in secundo censetur ordine. Attamen si quis aut semen, aut radicem arefaciat, haud etiam humidæ fuerit naturæ, sed iam desiccatis, idq; in primo quodammodo ordine, aut etiam in secundo incipiente. Et est in illis maior abstergens facultas, quam in fructus ipsius carne. Et libro I. de alimentorum facultatibus idem de Cucumeribus ita scribit. Urinam quidem & ipsi, quemadmodum pepones, cient, sed minus quam illi, quod ipsorum substantia minus est humiditas: ideoque non facile, vt illi, in ventriculo corrumpuntur. Ergo quibus cucumeres bene concoquere datum est, dum in hoc sibi, intrepide, assatimq; ipsi se expellunt, longi temporis tractu, gelidum, & vicinæ crassum humorem in uenis acerrari contingit, qui per eam, qua uena funguntur, concoctionem, haud facile in probum sanguinem potest conuertri. Proinde omnibus prauis succi edulij, quantumuis probè à nonnullis conficiantur, abstinere in totum consulerim. Clam enim sensimq; post longum tempus prauis in uenis succis ex ipsis suggeritur, atque accumulatur: qui vel leuicula putredinis arrepta occasione, febres iuuissimas, & mirè contumaces excitabit. Et paulo antea de Peponibus (scribens: Uniuersa inquit) peponum natura frigidior cum larga humiditate exiit: habent & quandam abstergens vim: ideoq; urinam cient, & deorsum expeditius, quam cucurbita, & melopepones rapiuntur. Quod porro abstergens, discernere licet sordidam cutem defricando. Quamobrem etiam maculas calore solis factas, & lentes faciem occupantes, atque in superficie albas extergere possunt. Sed semen, quod in eorum ueluti carne continetur, ad hoc efficacius, ad eò uenibus etiam calculo infestatis sit accommodatum. Gignit pepo in corpore uisiosum humorem, potissimum quando non probè concoctum fuerit. Tam uerò morbum etiam, qui cholera dicitur, inducere consuevit. Et enim priusquam ad corruptionem peruenit, vomitioni quoque idoneus est: largiusq; ingessus, nisi quis aliquid eorum, quæ probi sunt succi, super mandat, omnino vomitum concitat. Et de Melopeponibus agens: Melopepones (air) & minus humidi quam pepones sunt, nec ad eò prauis succi: minus item urinam promoant, tardiusq; deorsum descendunt. Ad vomitum uerò excitandum non eandem vim peponibus obtinent, sicut nec celeriter ad eò vt illi in ventriculo corrumpuntur, cum prauus humor in eo collectus fuerit, aut alia quæpiam corruptionis causa ipsi prebenderit. Cæterum tamesi in iuuando stomacho autumnalibus fructibus longè sunt inferiores, haudquam tamen eis, vt pepones, officium. Hæc ille. Cæterum prætermittendum mihi non duxi, quin legentes admodum esse impossibile, qui me redarguat, quod scripserim, hoc nomen uisus cucumerem tantum designare, quod reuera id generale sit non omnium horariorum fructuum; uidelicet peponum, melonum, cucumerum, anguriarum, & cætera generis eiusdè. Vt que hæc comprobare uideatur, Galenum adducit libro secundo τριῖ τριῖ δὲ αὐτῶν, quippe qui scribat, negare medicos nonnullos, fructum, qui pepon dicitur, simpliciter appellandum τριῖ, sed cum additione αὐτῶν, id est peponem cucumeralem, ac τριῖ ex genere τῶν αὐτῶν esse. Id quod minimè Galenus affirmauit, sed potius reprobaui his uerbis. A Medicis quidam non simpliciter nominare uoluerunt peponas, sed totum id αὐτῶν nominare oportere contendunt. Nos uerò in præsentimone de eiusmodi non laboramus, ut que ad medicinam nihil conferant: multo enim satius est, rem dilucide interpretari, quam huiusmodi anxia disquisitione doctrinam obscurare. Tam porro clarissime explicabimus, cum uocabula uulgò maxime usitata eligentes, ipsorum significationem serauerimus. Hæc ille. Quis palam est, nebulonis illius inopsum, sibi longè magis aduerari quam mihi, nunquam enim negaui, nomen τριῖ ad illa omnia generaliter referri posse, sed dixi, peculiariter Dioscoridi uulgarem tantum cucumerem designare, quemadmodum quoque Galeno, apud quem nesciam me legisse meminisse, nomen αὐτῶν aliud designare, quam cucumerem. Ideoq; de cucumeris alimento scripturus eodem libro, postquam de Peponibus, & Melopeponibus egit, τριῖ αὐτῶν, id est de cucumere, quos alio nomine appellare non potuit, peculiariter caput insinuat. Id quod etiam fecit lib. octauo de simplicium medicamentorum facultatibus, vbi de domestico, & syluestri cucumere egit. Γραῖς ἡσπερ Græca uoce, Cucumer satius Latina uocatur: Arabica, Chaba, seu Cheta: Italica, Comerio, & Cedruo: Germanica, Cucumer: Hispanica, Cogombro: Gallica, Coombre. At τριῖ Græcis, Pepon item Latinis appellatur: Mauritanis Barbea, seu Batbiech: Italis, Mellon: Germanis, Tſeben, & Melan: Hispanis, Melon: Gallis, 60 Melons. Anguria ita & Latine nominatur: Arabice, Dullaba: Germanice, Gurchen: Hispanice, Cogombro: Gallicè, Co-gembre.

Cucumeris vires ex Gal.

Peponum vires ex Gal.


Melopeponum facultates ex Galeno.

Nomia.

εἰδᾶε. LACTUCA. CAP. CXXIX.

Lactucæ satiuæ, quibus natura refrigeratrix inest, stomacho gratæ habentur, somnum conciliant, alium emolliunt, lac uocant: verum decoctæ magis alunt. Stomachicis illotas esse prodest. Epotum semen, assiduas libidinum imaginationes in fomno compellit, & ueneri refragatur. Ipæ uerò frequentiores in clero, cibariati oculorum officiant: inflammationibus, & ignibus sacris opitulantur. Muria conduuntur. Cum in caulem exierunt, uim quandam nanciscuntur succo, aut lacti tylicitris lactucæ similiem.

## LACTUCA CRISPA.



Θηλυξόφυτα.

LACTUCA SYLVESTRIS.

CAS. CXXX.

a Cat. uera  
 maszy scilicet  
 d'Aluini. secundum  
 omne facultate.  
 Meū, & Drag.  
 uata p' oar. Id est  
 secundum emnem.

**S**yluestris lactuca fatiuae similis est, sed longior caulis, & candidiora folia, graciliora, & asperiora. Amaro gustu est, & uiribus a aliquantum papaueri similis: unde lacteum eius succum aliqui medicina permiscuerunt. Aquam per alium elicit, potus in aceto mulso succus ad duos obolos: argenticus bibitur. Semen non aliter quam fatiuae libidinum imaginationes in somno amolitur, ac uentrem arceat. Succus ad eadem ualeat, sed uiribus infirmior. Reponitur in fictili nouo lac eius, antea, ut in alijs liquaminibus moris est, insolutum.

## LACTUCA FLORESCENS.



**L**actuca sativa herbarum ferè omnium vulgò notissima est. Cuius etsi plura, ac diversa in Italia reperiantur genera, ut Lactucz con-  
 in hortis, & oliorijs foris estate tota conspicitur potest; non ob id tamen existimandum est, quòd ea viribus, & facultatibus inter se differant: quanquam non negaverim ego, alteram alteri in cibis prestare. Eam siquidem, quæ conglomeratis in orbem folijs crispâ, teneraq; invenitur, quis neget maiorem cum palato inire gratiam, quam quæ dura, patula, ac lalescens habetur? Est etiam quam à lato caulic laticaulem, & à rotundo rotundicaulem, & quam sessilem, quòd huius pro-cumbat, appellaverint Græci. Nos uerò in capitatam, rotundam, & crispam diuidimus. Differunt etiam foliorum colore, nam alia saturatè viridis est, alia subviridis, alia subcandicans, & quæ cruentis maculis sit resperâ, quam è Cipro allatam ferunt. Crispâ folijs exit crispis, Intybo maiori similibus, & per anibium laciniatis. Rotunda in orbem spargitur, rotundic-vibus folijs, tenerioribusquæ una sese stipantibus. At capitata, seu sessilis, folijs parum à rotunda differt, sed in globum fo-lia circumvoluantur, & extuberant brassicæ capitatæ modo. Est & quartum quoddam genus, cui in cibis prima laus, Ro-mani

Lactucz con-  
 ficerato.

20



## LACTUCA SYLVESTRIS.



manum vulgè vocatum, folijs maioribus, pinguioribus, viridioribusq̃, id in ouatum caput extuberat, ubi in cacumine ligetur. & ceteris tenerius, albiusque euadit, & præsertim si terra circumdatur ad cacumen vsque. Teneſcit enim hoc man-  
 gonio mirum in modum, & candidius, & palato grauius redditur. Caulem edunt omnes albicantem, lacte prægnantem, &  
 in ſonno brachiatum, folijs plenum, in acutum tendentibus, que ſenſcentes amorem contrahunt. Flores in ramuſculorum  
 cacuminibus prodeunt lutei, qui tractu temporis pappoſi effecti, in auram reſoluuntur. ſemen omnibus oblongum, in acutum  
 deſinens, colore non ſolùm albo, ſed etiam nigro. Naſcitur quarto, aut quinto die à ſeſione, & adulta tranſponitur. Olim  
 Lactuca ultimis apponebatur menſis. ꝑ deoꝝ, inquit Martialis ille Epigrammaticus:  
 Claudere que cenæ lactuca ſolebat auorum,  
 Dic mihi cur noſtras inchoet illa dapes?

Lactucæ ſuccus ex roſaceo fronti, & temporibus illitus, non ſolum febricitantibus ſomnum conciliat, verum etiam capitis do-  
 lorem

Lactuca  
vulgaris

Lactuca  
vulgaris ex Gal.

Nominā.

† Antiquus  
codex. *μαγι-  
τιβος*. i. mi-  
nor.  
a Meum, &  
Drag. *βίβος*  
*μαγιτιβος*. i. radi-  
cem amarā.  
Cat. *βίβος* *μα-  
γιτιβος*. i. radi-  
cem paruum  
amaram.  
Gingidiv con-  
dicatio.


levem multet. Gargarisatur idem vituliter ex punice mali succo, ad colicellis inflammationem. Testiculis illius nocturnas pollutiones compescit, & seminis profusum, & presertim addito caplure momento, sed Veneream resanguit. Idem preslat epotum semen, & papaverini feminis cremore: bauftum; nec minus urinae arduosis opitulatur. Cavendū autem lactucarum visus fistulosus, sanguinem excreantibus, pituitosus, sed ipsi maxime, qui procreandis liberis dant operam. Synepsis in campetribus nascens, facile dignoscitur, quod caule, floribus, semine, & folio sativum iam flores, & semina proferentem emuletur: verum gustu amara est, & lacte copiosiore referta. Meminit Iulius Theophrastus libro vi. cap. vi. de plantarum historia, sic inquit. Sylvestris lactuca folio brevior, quam sativa est, quae confirmatum aculea: et, & caule simili modo breviori perficitur, succum acrem, ac medicatum habet. Nascitur in arvis. Lac eius extrahunt per mestem tritici, & purgare aquam intercutem dicunt, & caliginem arceae ab oculis, & argemam auferre, cum lacte multo. Satiua (ut memoria scripturae reliquit Galenus libro vi. simplicium medicamentorum) humidum est, frigidumque, olus, non tamen extremē (siquidem edendo non foret) verim maxime secundum aque, ut sic dicam, fontem frigiditatem: proinde ad calidas phlegmonas ac commodum est, & ad parva, & lenia eryspelata: non tamen maioribus satisfacere idonea est. Est etiam edulium situm arcens. At semen potu genituræ profusum colibet: quamobrem etiam ipsi, qui libidinosi somniis vexantur, datur. Sic & agrestis lactuce semen. Cuius quoque colligitur sitcus, argema, & caliginem expurgans: ad adustiones etiam cum lacte mulierum inungitur. Et libro 11. de alimen. facul. Plerique medicorum (inquit) reliquis omnibus hoc olus, seu ficus, autumnalibus fructibus, prastulerunt. Nam inter ipsa aliud melioris siccū non invenias. Quod porro nonnulli vitio vterentur, id in precipiam ei laudem cedit: & sita serēs vera haberet, non modo nulli oleum, sed me optimi quidem succi, ac maximi nutrimenti edulys esset secundum, nempe sanguinem aiant lactucam generare. Quidam non simpliciter sanguinem dicunt, sed multum addunt, multum sanguinem lactucam generare affirmant. Verum si tametsi prudentius obijciant, longius tamen alijs a vero abjunt. quanquam hoc ipsum, puta multum sanguinem procreare, non est quod merito qui damnet. Constat enim huiusmodi edulium laudatissimi succi censendum esse, quod plurimum quidem sanguinis, aliorum vero succorum nullum producere sit comparatum. Si vero, quia permultum est lactuca sanguinis congregatur, idcirco damnamus eam censent, facillimē huic malo occurrī potest: quippe cum vescentibus, & liberalibus exerceri, & ea parcius nisi integrum est. Hæc ergo aduersus eos, qui olus hoc non recte viderant, dixisse sufficit. Illud porro non esse convenit, omnibus alijs oleribus paucissimum sanguinem, & vitiosum generantibus, ex sola lactuca non multum quidem, nec vitiosum, haud tamen omni ex parte laudabilem gigni. Ut plurimum quidem cruda ipsa vescuntur. Aestate autem, cum in semen iam proruptura est, in aqua dulci præcoquens, cum oleo, garo, & aceto assimant, aut cum aliquo ex condimentis, obijciunt, præsertim ijs, quæ caseo consistant. Plerique etiam antiquæ cauliscæ, in aqua elixa videntur: vti ego iam facio, ex quo dentes mihi deteriores esse cæperunt. Nam amicus quendam meus cum oleo-rem hoc a longo tempore me vti familiari cibo vsum fuisse sciret, videret, post mandi a me citra magnam molestiam n. pro, coctura rationem indicanti. Etenim in iuuentute, quoniam assiduò os ventriculi sic effervecebat, æstus moderandigratia lactucæ vtebar. Cum autem ad provecctam ætatem pervenisset, olus hoc contra quam in iuuentute, summum usque, & industrum accersenti mihi, auxilio fuit. Quippe qui etiamnum iuuenis lacubranda gratia vigilijs dedita opera me afflueceram, declinante iam ætate, ipsa ex se in somni, grauius hoc incommodum molestabar. Aduersus quod unicum mihi præsentissimum remedium lactuca vespere commanucata semper fuit. Lactuca sic Latinis, *βίβος* Græcis appellatur: Mauritanis, Cheras, seu Chas: Italis, Lattuca; Hispanis, Lactuck; Lechuga, aut Alfalfa: Gallis, Lactue.

40 T<sub>2</sub>22<sup>2</sup> GINGIDIVM. C. A. P. CXXXI.

**G**ingidium, aliqui lepidium, in Syria, & Cilicia plurimum nascitur. Herbulæ est sylvestris pastinacæ similis, tenuior, & amarior: a radice parua, candicante, subamarā. Olus hoc crudum, coctum, conditumve estur, magna stomachi vtilitate: vrinam cit. Decoctum ex vino potum vesicæ prodest.

**N**on potui nunquam eorum subscribere opinionibus, qui plantam Cerofolium vulgo uocatum Gingidium esse censent, ut in alijs commentarijs nostris antea editis differuimus. Quare & Fuchsij, & Ruellij sententiam improbauimus. Nunc autem certo primū animaduertio, me hac in re haud esse hallucinatum, habita, & in ipsa legitimi Gingidij plantæ, quam è Syria allatam vidi in ijs Jacobus Antonius Cortusius, Patrius Patavinus, Vir ut omni humanitate clarus, ita rei plantariæ indagator acerrimus, vni cum altera planta, peregrina, quam ipse Visnaga vulgò vocari significauit. Cuius hic quoque inueniam expressimus. Est itaque GINGIDIVM pastinacæ sylvestris haud alimibile, amarius tamen; caule ramofo, rotundo, sequipedalis, striato, subrigicante, geniculatoque, umbellam in cacumine alba, minoribus circinqueque comantibus folijs, è floribus semen prodit, quo maturecente, umbella, in sese contrahitur, ut in pastinacæ, & tactu glutinosi feniuntur. Radicem habet candicantem, palmari longitudine, subamaro sapore. copiosum in Syria prouenit, unde in Italiam aduectum semen iam in hortis seritur. Non desunt, qui uelint VISNAGAM, uel ipsam legitimum esse Gingidium, uel eius alterum genus, quod folia quadantenus magis pastinacam resere uideantur. Sed mihi non arides eorum opinio, quòd planta sit pastinacæ longè maior, & grandes robustasque faciat umbellas, aded ut festucas, siue pediculi, qui illam consistunt, non solum notis omnibus pastinacam resert, sed etiam uiribus. Caterum ut de planta, quam vulgò Cerofolio uocant, aliquid dicamus, cum & ipsa in ciborum usum ueniat, & suas quoque habeat in medicina uires; ita hic de ea differemus. Est Cerofolium planta nemini non nota, passim in hortis nascens, fragilis, ac tenera, senis ab uno pediculo emergentibus folijs, vulgaris petroselinii modo, per anbitum incisis: caulibus sequicubicitalibus, pinguibus, subrufescentibus, inanibus, geniculatis, umbellæ in semmo caule gerit albis flosculis ornatam, è quibus tenuis resque oriuntur cornicula, plura ex uno pediculo prodenntia, pilosa, rufescentia, & in cacumine aculeata, in quibus semen longiusculum concluditur, pullo colore. Radix illi breuis in plures diuincata fibræ. Tota planta dulcis est, & odorata, acrisque quodam accedente sapore, six ferè sensibili, quo fit, ut alijs oleribus addita, ea gustus gratior reddat. Cherephylli meminit Plinius libro de comsono cap. 8. sic inquit: Rufus uel comitatus aquinotio Autumni seruntur, coriandrum, anethum, atriplex, malua, spathion, cerephyllon, pederata Græci uocant, & acerrimum sapore, igne essectus, saluberrimum corpori. Verim Plinius cerephyllon, cerofolium nostrum esse non potest, quod hoc nostris hortis familiare, tam uehementi acridine non sit præditum. Nec credi-

## GINGIDIVM




crediderim illud idem esse eidem Plinio secundum Acanthigenus, quod is libro, & cap. 22. pariter Pederotam uocari scribit, cum Acanthus omni prorsus acredine vacet. Meminit Gingidy Galenus libro vi. simplicium medicamentorum breuitatem. Secundum uero utraq; qualitatem desiccatorum est. Sed enim stomacho amicum est, utpote non paruam obtinens de alimentorum facultatibus sic inquit. Plurimum in Syria Gingidium nascitur: elurq; similiter ac scandix apud nos. Stomacho mirè utile sine crudum, siue elixum libeat somere: longioris autem decoctionis impatiens est. Nonnulli ipsam cum primum fastidiosos ad cibum inuitat. Perspicuum uero est, quod hæc herba medicamentum potius est, quam alimentum. Quippe qua ad strictionis, & amaritudinis non obscure, nec exigua particeps est. hæc Galenus. Ex quibus facillè comprobari

VISNAGA.



80 bari potest, Cherefolium non esse Gingidium, quòd in ipso esse amaroris, & adstrictionis qualitates gustu baud manifestè de-  
prehendantur. Quòd Græci γινγιδίον, Latini similiter Gingidium vocant: Itali, Gingidio: Germani, Koerffel, & Kerbel-  
kraut: Galli, Cerfueil. Nomina.



Zxxdijz.


SCANDIX. CAP. CXXXII.

Scandix, sylvestre olus est, amarum, subacre: quod crudum, coctumve manditur: stomacho, & ventri vtile. Decoctum in potu, vesicæ, renibus, & iecinori confert.

Scandicis es-  
sidentatio.

Quamquam Scandix antiquis rei herbarie scriptoribus stirps fuit notissima, ut quæ ab ijs in frequenti ciborum usu haberetur alijs admixta oleribus; cum tamen hætenus eorum repererim neminem, cui fides sit adhibenda, qui Scandicem notis aliquibus, vel lineamentis descriperit, nisi fuerim profecto quoniam passio, quæve ratione affirmari possit & in Italia Scandicem nasci, & pariter dignosci à compluribus. Ceterim scribit Hermolaus uir doctissimus, & in stirpū historia omnium suæ ætatis facile primus, se vidisse Scandicem in exemplari Græco Dioscoridis apertam folijs fœniculo proximis, floribus luteis, siue albis, corniculis caule summo emergentibus. Hanc ipsam nos quoque sæpius vidimus Maio, & Iunio mensibus inter segetes, præsertimque in agrorum marginibus. Sed quantum tradiderit Hermolaus eam fœniculi folijs assurgere mihi tamen magis fumariam, & quadantenus anthemidem referre videtur, quam fœniculum. Flores gerit hæc geranio emicant, non dissimilia, quemadmodum & in chærefolio uisuntur, licet huic longè tenuiora, & fragiliora innascentur. Quo fit, ut rectè intuentibus specie tantum, non autem genere differre hæc plantæ haud dubiè appareant: id quod etiam indicat

## PECTEN VENERIS.



eorum sapor. Quomobrem qui charefolium scripserunt esse gingidium, id non sine ratione fecerunt. Cum enim certo crederent, hanc de qua in presentia differimus, plantam, legitimam esse Scandicem, facile etiam hinc persuaderi poterunt, ut afferrent charefolium esse gingidium, quoniam Dioscorides consuevit surpes per cognationes describere. Quapropter in eorum sane irem sententiam, si hac, quam Scandicem putant, tantum acrimoniae, & amaroris gustantibus relinqueret, quantum in Scandice veteres inueniri prodiderunt. Verum cum eas non obscuras quidem qualitates, quas veteres veris Scandici assignant, in hac, ut ita dicam, noua Scandice nunquam ego repperim, sicuti nec in charefolio, quae veteribus gingidio tribuuntur, cogor omnino eorum sensa refragari, & ab ipsis dissentire. Quapropter nisi regionis, & climatis ratione, & locorum mutatione eueniat ut haec surpes omnem illi acrimoniam, tum amarorem exuerint, non facile quidem adduci potero, ut credam harum alteram gingidium, alteram uero scandicem esse. Neque ab hac mea me deterret opinione Hermolaus, quod uiderit is Scandicem hanc in Graeco Dioscoridis codice appellam: quippe cum inter omnes rei herbariae scriptores nullus, quod equidem sciam, reperitur qui per notas aliquas Scandicem scripserit, nisi uerim ego quandam historiam, & ratione fretus aliquis inquam illam pictura expresserit, nisi fortasse Dioscorides ipse manu propria eo in libro ipsam appinxerit. Plinius Scandicem anthriscio similem reddidit. Sed cum ignotum per ignotius descripserit, nihil nobis luminis his in tenebris affert. Scandicem commemorat Galenus lib. v. i. i. simplicium medicamentorum his uerbis. Scandix ex agrestium olerum genere est subacra, & amarum, adeo ut in siccando, & exalfaciando secundi sit ordinis intensi. Vrinam ualenter ciet, & uiscera obstructione liberat, ex diuicis quali-

Scandicis uicis ex Gal.

tatibus constans. Hec Galenus. Ex quibus etiam manifestè colligi potest, plantam, quam pro Scandice accepit Hermodorus, quamq; pro eadem plerique recentium herbariorum hodie ostendunt, nullo pacto legitimam esse Scandicem. Quandoquidem ea non tantam acrimoniam, nec amaritudinem gustui representat, ut dici possit primum caliditatis, & siccitatis, gradum excedere. Ceterum si ulla est planta, cui hæc comparari possit, eam admodum mihi quidem referre videtur, quam Plinius libro XXI. c. XIX. à pectinone similitudine, VENERIS pecten appellat. Si quidem hæc radice nititur candida, cauliculis semipede maioribus; folijs sylvestris pastinacæ, vel ferè anthemidis, exilibus: floribus albis, tenuibus, emicantibus simonim ab eodem capitello compluribus acuminatis rostellis, inter se disjunctis, quæ pectines planè referunt, quibus limon mulieres concinnant. Quæ certè omnia reperiuntur in hac vulgari Scandice. Huius radix cum malua tusa, corpori infixæ extrahit. Eadem cum herba, & floribus in patella calefacta, ex albo meraco, & butyro, unâ cum hortensis petroselinifolij, pabij, adhibita, remorantem urinam, pueris præsertim, prouocat. Quæ herba καλλις Græcè, Latine Scandix similiter nominatur: Italicè, Scandice.

Nomina.

a Cat. imper.  
Вро д'иона, ле-  
позисъ и. се-  
ниculo simili  
lia cũ tenuib.  
incisuris.


Καλλις.

CAVCALIS.

CAP. CXXXIII.

Caucalis, quam alij sylvestre daucum vocant, cauliculo est dodrantali, aut maiore, subhirsuto: folijs apio similibus, a fœniculi modo per extrema multifidis, hispidisq; candida in cacumine, umbella, suauiter olente. Crudum, coctumve oleum modo estur: urinam mouet.

CAVCALIS.



Visitur *Caucalis* in *Hetruris* campestribus, inculto presertim solo, ut & *Ananiensis* tractu in *Tridentino* agro, nullis reclamantibus notis. Rura nostra hanc *Petrofello* saluatico vulgò appellant. Quippe quòd folia, quæ per ima prope radicem exeunt, apium quadàmtenus effigie referant, quod vulgò *Petrofello* dicunt. Esti qui superiore parte prodeunt, per ambitum sint seniculi modo capillamentis diuisa. Caulem mittit pastinacæ: in cuius cacumine umbellam gerit floribus candicantem, odoratam, dauco non absimilem. Quapropter *Galenus* lib. vii. simplicium medicamentorum, ita de ea scriptum reliquit. *Caucalidem* quidam daucum syluestrem nuncupant: est enim ei adsimilis gustus simul ac viribus. Nam excalescit in uelle, & desiccatur, urinam ciet, & muria ad repositionem conditur. Hæc ille. At nos dicimus; longè pluribus caucalim pollere viribus, liquidem cordi utilis est. Succus calculos, & arenas pellit, & iocinoris, lienis, Renumq; pituitas extenuat. Semen potum oculorum aciem acuit, & menses feminarum adiuvat. Datur uiris contra seminis profusua, unà cum asplene, & viticis femine. Steriles, prolificas facit, assidue ex uino potum. præstat aduersus *Trigonis*, *Draconis*, & *scorpionis* marinorum ictus, vulnere ilitum. Herba tota ex aceto mansa, & uomitione reddita, uentrem purgat, appetitum languescentem excitat, & nauisæ fastidia discutit, melancholicos iuuat, tum herba ipsa in cibus deuorata; tum succus potus, tum semen, quemadmodum totius planta decoctum, proinde datur utiliter quartanarijs, & scabijs, qui netiam morbo gallico affectis. Et *Græcis* καυκάλις, ita etiam Latinis *Caucalis* appellatur: Italis, *Caucalide*.

Caucalidis cō  
sideratio.Caucalidis ui  
tes ex Gal.

Nomina.

## ERVCA SATIVA.



Hb 2 ERVCA



**C**Ruda eruca uenerem largiore cibo concitat. Semen eiusdem præstat, urinam cit. Concoctio-  
ni prodest, alio perquam accommodata. Semine ad condimenta utuntur: quod, uti in longum  
tempus asseruetur, adiecto lacte, aut aceto, digerunt in pastillos. Gignitur etiamnum sylvestris eruca  
maximè, in Iberia, quæ occidentem spectat. Cuius semine pro sinapi incolæ utuntur. Virnam uche-  
mentius pellit, & multo fatuo acrior.

Erucæ effide-  
tatio, & vires.

**V**lgaris admodum planta est Eruca tam sativa, quam sponte nascens, quod frequentissimè in cænis acetarijs in-  
seruatur. Sativa folijs exit longis profunde, sed rarioribus incisuris laciniatis Si symbrij aquatici modo, sapore acri,  
& amarissimo, caule sesquipedali, floribus in cacumine albicantibus, semine in tenuibus corniculis concluso, ut in Tri-  
one. Radix illi est alba, tenuis, acri sapore. Erratica arido solo gaudet, adeo ut in muris quoque nascatur, folijs domestica  
angustioribus, ac frequentius laciniatis, gustu acriovi, sapidiorisq., caulibus numerosis, floribus luteis, corniculis in  
numera serè planta copiosis, sursum spectantibus, semine sinapi simile, acri & amarissimo. Colla Eruca infantium

## ERVCA SYLVESTRIS.



tuffi medetur, addito saccharo. Tradidere quidam (superstitioſum tamen mihi eſt) talia ſylueſtris eruce folia, ſiniſtra manu decerpta, illicoque denorata, Iſtericos ſanare. Excaſfacit olus (ut teſtatur Galenus libro xi. de alimentorum facultatibus) perquam maniſeſte, adeo ut non facile ſolum abſque iunſtis lactuce ſolijs edatur, nam ita immo dico colori par frigida admiſtum exceſſum temperat. Quinetiam genitale ſemen augere creditur, & in venerem ſtimulus addere. Caput etiam magis dolore afficiet, ſi ſolum edatur. Semen (ut ſcribunt antiquorum nonnulli) muris aranei morſibus medetur. Ventris tineas enecat, licnemq; extenuat. Tritum, & cum ſelle bubulo miſtum, nigras vlcerum cicatrices ad candorem reducit. Cum melle verò perunctum, vitia cutis in facie emendat, & lentiginis emaculat. Herba, que Græcis & Latinos, Latinis Eruca vocatur: Mauritanis, 7ergir, Ergit, ſeu Giargir: Italis, Ruchetta, & Rucola: Germanis, V uciſz, ſenſſ: Hiſpanis, Oruga, & Arugua: Gallis, R quette.

Nomina .

10

ERUCA.

OCIMVM.

CAP. CXXXV.

**O** Cimum vulgò cognitum. Id copioſiore cibo oculorum aciem hebetat, alium mollit, ſpiritum mouet, vrinam pellit, lac cuocat: ægrè tamen conficitur. Illitum cum polline polentæ, aceto,

OCIMVM MAIVS.



& rosacco, pulmonum inflammationibus auxilio est. Draconis marini, & scorpionis ictibus per se prodest: & cum uino Chio, oculorum doloribus. Succus uifus caliginem abstergit: destillationes excat. Semen potum conuenit a atram bilem gignentibus, difficili urinae, inflatisque naribus haustum, subinde mouet sternutamenta. quod idem herba efficit. Sed oculos premi necessum est, cum sternutamentum vrget. Sunt qui in cibis abdicandum censent: quandoquidem manducatum & in sole potum vermiculos creat. Aphri autem adijciunt, si feriantur à scorpione, qui ocimum ederint, nullo cōfictari dolore.


Meum - 118  
1822 1181. 11  
infantibus.

**O** Cimum quemadmodum odoratissimum, ita & omnibus notissimum est. Naeque pererrare sunt ubique adiuua fenestra, perraraq, cenacula, ac viridaria, quae Ocimo non redolcant, vitio quod frequens feratur, & fouetur in figinis vasis. In Italia hoc duo Ocimi tria habentur genera. Quorum primum folijs assurgit amaranto longè maioribus, latis, longis, ac crassis, cirrè malo similibus. Secundum folijs exi, ac ramulis, dicto longè minoribus, cuius dus habentur 10

## O C I M V M M E D I A .



## OCIMUM CARYOPHYLLATVM.



tur species, alterum odore plebeiſ ocimi, alterum citrei mali adeo ſimili, ut ferè nulla ſit odoris differentia. Proinde hoc ci-  
 tratum uocauere Arabes, quo modo ipſum quoque Meſues nominat. Tertium, quòd folijs conſtet minutis atq; anguſtis, ſitq;  
 cæteris odore fragrantius, Italis vulgò appellatur Baſilico gentile. Horum omnium meminit Serapio, uocauitque medium  
 hic à Dioſcoride deſcriptum, Ocimum non garyophyllatum: garyophyllatum uerò, quod cæteris tum minuius, tum odora-  
 tius habetur. Denum Citratum à Citro odore alterum, ut omnibus palam fiet, qui Serapionis monumenta perlegerint  
 de Ocimo differentiſ. Idcirco uideant quaſo patres illi reuerendi, qui in Meſuem commentarios ſcripſere, quo iure, quaue  
 ratione in eleſtuario de gemmis ſe iactent Ocimum garyophyllatum hac tempeſtate primos adinueniſſe, cum hoc Serapioni  
 folijs exeat paruiſ, & caule quadrangulari: monachis uerò folijs meliſſophyllo maioribus, per ambitum ferratis, &  
 caule minimè anguloſo. Qua in re eos, pace ſua, aperte hallucinatos putauerim. Nec equidem credendum arbitror,  
 quòd de alio ocimi genere intellexerit Meſues, quàm de tertio illo genere in delicijs habitio, de quo diximus. Nam cum cæ-  
 teris odoris fragrantia longè præſtet, nulli dubium eſt, quin in roborandiſ cordis iſtius uribus cæteris ſit longè aptius, atque  
 etiam præſtantiuſ, ut quòd in eleſtuario de gemmis addatur ad cordis affectuſ. Ideoque datur uiſliter odorandum ex  
 aceto, in animi deliquio. Scribit Braſauolus ſuo de ſimplicium examine Romæ primò in excuſo libro, tantam de ocimi uiri-  
 bus inter Plinium, & Dioſcoridem eſſe controuerſiam, ut alterum iſtorum erraſſe dicendum ſit. Quippe ex Aphroſiſ tra-  
 dit Dioſcorides, quòd ſi à ſcorpione feriatur, qui ocimum ederint, nullo dolore afficiuntur. Contra uerò Plinius, qui li-  
 bro xlii. cap. xx. ſi eo die, inquit, feriatur quiſpiam à ſcorpione, quo eaderis ocimum, ſeruari non poſſet. Qua in re leſionis  
 Hib 4 impatiens

Monnorum  
iacantia.

Braſauoli la-  
piſus.